Meditationes botanico-medicae de planta quadam Marchiae propria Pimpinella nigra, quibus demonstratur, illam in multis morbis insignem possidere virtutem et efficiam / [Johann Andreas Harnisch].

Contributors

Harnisch, Johann Andreas, -approximately 1770.

Publication/Creation

Lipsiae : 'Sumt. haered. Lankisianorum', 1758.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/fp8px6h7

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

MEDITATIONES BOTANICO-7650/P MEDICAE

DE


PLANTA QVADAM MARCHIAE PROPRIA PIMPINELLA NIGRA,

QVIBVS DEMONSTRATVR,


ILLAM IN MVLTIS MORBIS INSIGNEM POSSI-DEREVIRTVTEMETEFFICACIAM, PERTRACTATAE

ET EDITAE

L. IOHANNE ANDREA HARNISCH med. pract, geran.



LIPSIAE Sumibus HAEREDVM LANKISIANORVM CIDIDCCLVIII.



PRAEFATIO.

mnipotens Deus occulta sua E immensa sapientia ac benignitate non omnes easdemque berbas E plantas in vnum idemque plantauit locum, sed vnam in bunc, alteram in illum collocauit, quae rursus inuicem tam

in equisized in

ratione figurae, quam ratione coloris, odoris, faporis & effectus funt distinctae. Vna enim prae altera vel alios babet flores, vel alia possidet folia, vel alios profert fructus & semina, vel aliis gaudet radicibus, id quod animaduertimus, si prata, si agvos, si syluas et si bortos exspatiamur. Benignissimus autem Creator ex nulla alia id fecit caufa, quam ot baec omnia bominibus, in eovum vsum alias condita, in bac vel illa necessitate inferviant. Plantas exoticas & quae in quatuor mundi crefcant plagis non attingam, dum bic vel illic deprehenditur berba in bac vel illa necessitate vtilis atque praeprimis accommodata. Exempli loco fumam Lignum Guojaci & Radicem Chinae, quae duae Species inueniuntur in India & Sicilia, vbi morbus regnat neapolitanus bodie venereus dictus. Nonne in boc adfectu aliisque impuritatibus sanguinis sint optima remedia sanguinem depurantia? Quin-51 .7 .9 A 2 quina

PRAEFATIO.

quina & Schaccavilla duae arbores in regione crescunt peruniana, vbi febres variae praesertim intermittentes sunt quasi endemiae. Nonne in ejusmodi morbis egregia sint medicamenta antifebrilia? Et Cochlearia copiose & quasi sylvestris reperitur in Belgia, vhi scorbutus bomines frequentius torquet atque adfligit. Nonne scorbuticorum sit solatium & sic porro? id quod B. D. Abr. Vater in Progr. de Incrementis artis medicae ex remediis exoticis nouiter derectis expectandis aliique optime pertractarunt. Sed tantum illas plantas, quae in Germaniae locis binc inde crescunt allegabo, & bic vel illic eo progerminant, vt buic prae altero sint vtiliores magisque necessariae. Inter peculiares plantas etiam refertur PIMPI-NELLA NIGRA, quam in praesenti tractatione contemplabor & ideo peculiarem nomino, quia non vbique, sed in peculiaribus invenitur locis & quae quam plurimas berbas vi & efficacitate in diversi peculiaribusque adfectibus peculiariter praecedit. Ast cum parum vel nibil de illa in autoribus exftet botanicis, ego autem longo temporis vsu vtilitatem ejus in praxi medica perceperim, banc in boc scripto B. L. communicabo & ita totam bujus nobilissimae plansae naturam, effentiam, principia constitutiua atque ofum pertractabo. Scriptum bocce vt benigne accipiat & leuiter reprebendat B. L. amice rogatur. Interea Deo ter optimo terque maximo pro planta bac optima sit laus, bonor & glo-Course 2022 ria sempiterna. \$ * \$

Aberen

§. 1. In

A LOP



ruganta me acciezeros. O dou league open

S aid manufaction of developing the ensure

al quad planping in the

There and a support of the support of the

iles lating nominator P molo-ils nit



ditte

n hac tractatione botanico-medica Pimpinellam Nigram vilem quidem & multis adhuc ignotam plantam confidero, quae autem praeftantioris & magnificae virtutis & effectus eft, & digna, vt publice notetur, id quod

austi diessibipennulin filen

tionina estimat

num

iam iam in felectis medico - Francofurtenfibus cis Viadrum editis paucis indicaui, vbi aliqua de hac planta & quidem Tom. II. vol. IV. obferuat. IV. p. 307. & Tom. IV. vol. V. obferuat. IV. p. 370. incidenter propofui & duos cafus notabiles, vnum de Hydropico, alterum de Erefypelate fuppurato & exulcerato feliciter hac fanatos fimul inferui. Quippe nullus autorum, nifi Zornius in Botanologia, Tourneiferus in hiftoria plantarum, Elsbolzius in destillatoria curiosa & Purmannus in chirurgia illius breuibus meminerunt atque commendarunt, quem vsum autem, nescio, qua causa hactenus neglectum & quasi obsoletum factum iterum patefaciam.

Mos est inter optimos quosque & celeberrimos rei herbariae scriptores, vt quando plantae cuiusdam paulo vberiorem explicationem instituere secum constituerunt, initio statim onomatologiae rationem habendam esse existiment. Quod quidem institutum licet circa exteriorem tantummodo rei corticem versetur, eo minus tamen videtur negligendum, quo plus exinde vtilitatis in ipsam realem tractationem redundare potest. Quam ob causam a praesentis meditationis botanicae scopo alie-

6.

A 3

2.

num esse haud facile quisquam iudicabit, si quanta id quidem breuitate fieri poterit Pimpinellae ovouaoíav generalem priusindicauero, quam ad plantae huius naturam, vires víumque medicum rimanda me accinxero. Quod itaque onomatologiam Pimpinellae attinet, illa a latinis nominatur Pimpinella nigra pro differentia albae, vt infra pluribus proferam. Verbum Pimpinellae in genere est latinum & deriuatur a bis & pendeo, fiue penna, quasi dicas bipennulla, quae denominario deducitur a foliorum structura, quam pimpinella habet, quia duo folia re-Aa e regione pendent, seu folia in vtroque latere sunt instar pennae, vid. Zeckers Einleitung in die Botanic 2 Theil, pag. 410. Et Petr. Andr. Mathiolus in Apolog. ad Amat. Lusitan. p. 34. scribit: Haec nobis pimpinella vocata iunceis constat cauliculis foliis vtrinque pinnatis fiue a bipinnitis cauliculis, vnde postea corrupta appellatione Pimpinella est vocata. Fallo autem vti citatus autor vlterius sentit pimpinella nominatur eo, quod odore sit citruli. quem Hispani pipinum vocant, id quod Amatus Lusitanus vult. Ast cum nullo citruli odore vel sapore sit praedita, cur Amati sententiam probem non video. Alii appellant Pampinulam siue Pampinellam & derivant a verbo substant. pampinus, qui dicitur tener frontosusque in vite coliculus, quia pimpinellae coliculi fiue teneres ramusculi pampinorum fimilitudinem imitantur & instar pampinorum pendent viin vi-Alii vocant Pipernellam & deducunt a radice acri, quae te. instar piperis acrem habet saporem. Hinc non inepte etiam nominatur piper germanicum, quia gustu & viribus piperi respondet. vid. Iob. Raii. Hiltor. plantar. & Iob. Chrift. Buxbaumii Enumerat. plantar. p. 261. Alii etiam cognominant Bibenellam & abducunt a verbo bibere, quia radix ejus acris efficit bibacitarem, dum bibaces, si illam radicem masticant, eo melius bibere pollunt. Germanice dicitur Bibenelle, Dimpenelle, Dieffermury. Sed cum latina pimpinellae denominatio in officinis praeprimis vsitata diuque recepta sit, reliquae a contrario inufitatae & corruptae mihi videantur, prior etiam prae posterioribus melior ac conuenientior cenfetur, vid, D. Heimvich diff.

6

diss. Altorf. habita de pimpinella alba & D. Hertii Prof. Giessens. diss. de pimpinella saxifraga.

A botanicis recentioribus Tournefortio nempealiisque falutatur Tragoselinum, quod est verbum graecum compositum το τραγοσέλινον & derivatur a verbo substant: ο τράγος hircus & substant: To oé Anov apium; hinc dicitur Apium hircinum ad differentiam aliorum generum Apii, vt ve a'yeloorehive apii fylvestris, τε έλεοσελών apii palustris, τε πιποσελών apii fatiui, τε ορεοσελίνε apii montani & τε πετgoσελίνε apii petraei feu petrofelini optime adnotante Petr. And. Matbiolo in comment. ad Dioscorid. oper. p. 564. Eo enim Tragoselinum seu Apium hircinum appellatur, quia herba haec vel hircis cibus eft fuauiffimus, vel folia illius autumno odorem habent hircinum. Hinc nonnulli vt Manardus Ferrarienfis, quia folia eius odorem spargunt, vt folia petrofelini grauem, nominant petrofelinum hircinum; sed falsum est, dum apium macedonicum saxatile cum illa herba confundunt. Ab aliquot autoribus, vt Iob. Schroedero in Thefaur. pharmac. chymic. p. 1014. & Dodonaeo in lib. I. de purgant. P. 1. p. 496. Scribitur to tpayo (shurov, vbi o mutatur in ¿ per anithefin & dialectum atticam. Alii etiam scribunt to reaxorehivov per x. & deriuant ab adjectiuo graeco o reaxis asper, scaber, falebrosus, agrestis & to σέλινον apium & ita nominant Apium petraeum, Petrapium, quia in locis asperis, scabris, salebrosis & agreftibus crefcit. vid. Ich. Scapulae Lexicon graeco latinum. Alt cum denominatio ve reavorennes per y. apud botanicos & graecos diu recepta fit, quam illa per x. prior quoque retinetur, quamuis posterior locum accuratius indicet natalem. Alias pimpinella saxifraga hircina & petrafindula a quibusdam vt Cafp. Baubino in Pinac. Car. Clufto in hiftor. ftirp. Conr. Gefnero in hort. germ. & Dodonaco in hiftor. ftirp. appellitatur & quidem eo, quia in locis non modo crescit faxofis, sed & petra seu calculos findit & pellit. Sed a faxifraga alba verna diferepar tam ratione florum, qui in illa funt pentapetali regulares in pimpinelnella e contrario faxifraga dicta pentapetali irregulares & vmbellati, quam ratione radicum, quae in hacfunt perfectae & fibrosae, in illa autem bulbosae & quasi diffractae. Cognomentum enim faxifragae pimpinellae hanc ob rationem a Medicis & Botanicis est additum, quia haec planta in locis crescit faxofis & calculum pellendi habet vim atque effectum, id quod optime adnotat Petr. Andr. Mathiolus in comment. ad oper Discorid. lib. IV. c. 695. dum fcribit: "Coeterum funt & alia herbarum ge-"nera, quae sub faxifragae nomenclatione vulgaribus demon-"strantur, nempe Trichomanes, Adianthum, Afplenium, Fili-"pendula, Maffiliense Seseli, Pimpinella, quae hircum redolet & "aliae plures herbae, quae ideo faxifragae nomine infigniuntur, "quod omnes vrinam cieant & calculos frangant pellantque." A nonnullis, fed fallo, vocatur Tragium alterum, ut a Fab. Columna in Ecphraf. plantarum, quia folia ejus tempore autumni hirci virus olent & exinde nomen Tragii adoptauit, fed hoc negat Petr. Andr. Mathiolus in comment. ad oper. Diofcorid. lib. IV. p. 728. dum scribit: "Adducor, vtab iis plane diffentiam, "qui putant Tragium hoc eam elle plantam, quam quidam pim-"pinellam, quidam vero ab odore faxifragiam hircinam appel-"lant." Nam Tragium est species exotica, quae in infula Creta crescit & ad frutices lentisco similes pertinet. Plinius 1. 13. c. 21. iplum fruticem therebintho fimilem reddidit & lib. 27. c. vlt. idem iunipero affimilauit. Germanice alias vocatur Steinen. vich, Bockspeterlein. Hier. Tragus in lib. de ftirp. de pimpinellae denominatione p. 167. ita fcribit : Silf Gott, mas hat diefe gemeine Burgel fich muffen leiden ben den Gelehrten, haben alle bar. über gepimpelt und gepampelt, doch nie eigentlich Dargethan, wie fie ben den Alten heißt, oder mas es fep. Einer nennet fie Bibinellam, Der andere Pimpinellam, Pampinellam, Pampinulam, Bipennulam, der andere Petrafindulam und Saxifragiam & coet.

Haecce autem omnia quae iam iam dicta funt nomenclaturam pimpinellae generalem modo tangunt, nunc scopus meditati-

4.

tationis nostrae botanico - medicae requirit, vt ad plantam illam, de qua agimus nos conuertamus illiusque denominationem confideremus specialem, & videamus quo nomine illam designent botanici. Vocatur ergo pimpinella nigra ; A D. Laur. Heistero in Enum, plantar. hort. Acad. Iul. p. 12. & 15. nuncupatur Pimpinella radice nigra & Tragoselinum radice nigra A D. Iobrenio in Hodego botan. &. D. Carl. Aug. de Bergen in Flor. Francofurt. p. 180. appellatur Tragofelinum coeruleum radice fuccum coeruleum fundente. A veteribus botanicis fecundum Lonicerum, Dioscoridem & Cordum denominatur Caucalis seu pimpinella hirsuta item Daucus selinoides seu pastinaca gallica. A Val. Cordo nominatur etiam Daucus cyanopus vid. Cafp. Baubin. Pinac. germanice appellitatur fchmarge Bibinelle, Blaumurgel & vulgo seu corrupte ab incolis Marchiae Gau : Bibenelle. Istae autem denominationes praesertim priores partim a colore, partim ab effentia radicis vel externae vel internae proueniunt, dum radix eius extrinsecus fibrofa est coloreque obscure fusco & per exficcationem nigro praedita, hinc pro differentia pimpinellae albae cuius radix extus flaua & intus alba accepit cognomen radicis nigrae. Et cum nostra planta intrinsecus succo coeruleo seu instar cyani abundet, qui mediante destillatione per alembicum aquam non modo faphirinam, fed & oleum instar chamomillae coeruleum transmittit & ad aquas vitae coeruleo colore gratifimo tingendas a destillatoribus & tabernariis Francofurtensibus vsurpatur cognomentum hocce Tragofelini coerulei feu Dauci cyanopi Blampurgelideo eft nacta, licet ad genera Dauci, vt in differentia monstrabitur haud pertineat. An autem sit esca suum, an plebs nomen in Marchia corrupuerit, quia Sau, Bibenelle dicitur, adhuc est inquirendum?

lecticum edidir ober Nath. 2100 S. gricht was manniglich ben ibo

Quid autem frequentius estin botanicis, quam plantas videre vno nomine gaudentes diuerfam tamen faciem, fi non quoad totum, faltem quoad partem referentes. Hinc multum interest diffedifferentiam plantarum in materiae medicae felectu probe noffe, ne quid pro quo, falsum pro vero accipiamus & fimplicia codem nomine gaudentes pro iisdem habeamus. Attamen cum passim idem nomen pimpinellae nigrae aliis quoque tribuatur plantis, illas hoc loco memorare confultum eft. Differentiam itaque pimpinellae nigrae quod refert, veteres botanici, vti supe rius diximus, sub illa intelligunt Daucum syluestrem quem selinoidem appellarunt, item pastinacam gallicam, quia pimpinella radicem habet nigram & Daucus feu pastinaca gallica atro - rubentem.Sed ab vtrisque differt tam ratione generis, quam ratione fpeciei. Quippe Daucus fylueltris & Paltinaca gallica funt species Staphylini, quod recentiores botanici praeprimis D. Car. Aug. de Bergen in Fl. Francof. p. 185. staphylinum quartum nominat. Accedit & hoc quod Daucus & Pastinaca gallica feu Staphylinum quartum radicem possideat atro- rubentem, pimpinella e contrario nigra nigram atque coeruleam contineat. Cognomentum aurem selinoides idem est ac selinum fiue apium, quod est planta fui generis. Nonnulli etiam antiquorum botanicorum pro pimpinella nigra agnouerunt Caucalin, quam ob radicem hirfutam pimpinellam hirfuram vocarunt. Sed illa iterum vel quoad genus, vel quoad speciem a planta nostra longe distat, dum est species chaerophylli seu Myrrhidis syluestris, quae quamquam radicem habet hirfutam, attamen non vti pimpinella nigra nigram, fed albam. Aliquot priscorum medicorum pro pimpinella nigra ob radicem nigram sumunt quoque Seseli pratense, quod alii etiam botanici Cervariam nominant. Sed tam genere quam specie a pimpinella differt & eft oreoselinum apii folio. Nam licet radice n'gra fit praedita, attamen hoc gaudet modo quoad externam non quoad internam vt pimpinella nigra faciem. An poliater ille celeberrimus geranus D. Thomas Reinefius in peculiari fcripto germanico, quod fub titulo confilium peffis prophylacticum edidit oder Rath und Bericht was manniglich ben ibo graffirender Peftfeuche fich vor derfelben ju bewahren auf gnadigen Befehl des Hochgebohrnen herrn heinrich des Jungern Romifchen Rapferl. Rathe für Die Derrichaft Gera verfertiget und gedruckt ju Gera x x x

Gera 1625. cui additum est auctarium ad studiosos botanices de radicula Elfenich Elfenichium seu oelnizium, quod alii Daucum palustrem, seu pimpinellam aquaticam vocant, sub pimpinella nigra intelligat, adhuc inquirendum eft, dum hoc non tantum in oppido Voitlandiae oelnizio dicto, fed & praeprimis in Pomerania Marchia vicinisque locis inuenitur & a Mathaeo Flacco Phyfico Berolinenfi in pestilentia commendatur, vbi ille autor in tract. german. de peste ao. 1565. edito part. II. c. 13. ita scribit: Die Burgel welche etliche allhier Elferict heißen, ift bewährt von vielen Sterben, und ju Berlin wohl befannt. Attamen credo, hoc pertinere ad species Apiorum palustrium fiue Eleofelinorum. Et quamuis hoc cum pimpinella nigra floribus & foliis concurrat, cum radice tamen minime conuenit, dum Apium paluftre feu Eleofelinum non vii Pimpinella nigra radicem habet nigram, sed albam, quae lactescit & apud botanicos ad spe-cies Thysselii pertinet. Accedit & hoc, quod neque Thomas Reinefius, neque Mathaeus Flaccus radicem hance quoad colorem accurate descripserint. Interea laudandi funt hi duo Medici, vt illius fecerint mentionem, quod vlterius a botanicis indagandum effe iudicamus. Tandem Pimpinellanigra differt a Pimpinella fanguisorba tam genere, quam specie. Foliis quidem & radice rufa aliquo modo cum nigra conuenit, hinc & D. Laur. Heisterus Prof. Helmstad. in Indice plant. horti academ. Iulian. no. 4. p. 12. hanc nominat Pimpinellam radice nigra folio fanguisorbae, sed tam ratione floris, quam ratione radicis a noftra pimpinella longe difcedit, dum flores fanguiforbae funt monopetali regulares & iuxta quosdam tetrapetali radixque ejus existit rufa, flores e contrario pimpinellae nigrae funt pentapetali irregulares & vmbellati, Specialiter autem pimpinella nigra ratione radicis quoad colorem differt a pimpinella alba. Nam ficut alba externe flauam & interne albam poffidet radicem, ita nigra extus nigra & intus coerulea gaudet, id quod iamiam superius indicauimus. Vtraeque quoque differunt ratione loci natalis, dum alba vbique & in diuerfis, nigra ex aduerfo in certis crefcit locis. Et quamquam ratione florum

rum & foliorum inuicem aequales, attamen folia pimpinellae nigrae obfcure funt viridia & fplendentia. Imo ratione faporis & odoris nigra differt ab alba, dum haec acrioris, illa e contrario mitioris faporis eft odorisue fuauioris. Duae dantur Pimpinellae nigrae fpecies vel major vel minor vti alba, quam differentiam nullus botanicorum praeter B. D. Andr. Ottom. Goelicke & D. Ant. Phil. Queitfch medicos duos Francofurti cis Viadr. celeberrimos, cum quibus commercium litterarium circa hanc plantam inftituimus adnotarunt, utiliterae & refponfiones hinc & illinc eo transmiffae id teftantur, quas infra indicabimus & adnectamus.

§. 6.

CISITIZUTI TE

Peracta fic nominis euclutione ad ipfam nunc pimpinellae nigrae faciem suis quod dicitur coloribus depingendam accingimur. At vero ne absque ordine ac methodo negotium hoc fuscipiamus, non inconfultum erit ab ipfa statim descriptione collectiua eaque characteristica ceu prima faltim delineatione accuratiori dehinc penicillo adumbranda id ipfum ordiri. Facilius idfit fi ad flores & fructus seu semina primario respiciamus, hinc & ad reliquas plantae partes folia nimirum & radices, fi illae haud sufficerent, adtendamus, vbi talia figna reperiuntur characteristica, quibus facile planta haec vel illa distingui poteft. Signa itaque pimpinellae nigrae quod spectat characteristica illa statim fiunt manifesta, si totam plantam tam quoad florem, quam quoad semen, folium & radicem examinamus & anatomice confideramus, dum haec ad vmbellatarum feu vmbelliferarum pertinet classem. Quippeilla flore constat pentapetalo irregulari vmbellato candido fiue rofaceo vmbellato, cuius calyx vniuerfalis nullus peculiaris ex multis & latis foliis fa-Auselt, vii D. Albert. de Haller adnotauit, qui semina habet nuda, gemella solida striata parua & alis coronata, caulis autem illius ex foliis seu pinnis subrotundis laciniatis circumferratis varieque & multiformiter diuisis obscure virentibus & splendentibus formatus & radix eius e fibrillis prolixioribus extus fuícis & nigris, TUM

gris, intus coeruleis fuccum coeruleum manantibus gustu mitioribus & odore suauioribus est conflata. Quid 1) flos pentapetalus irregularis vmbellatus seu vmbelliferus fiue rosaceo vmbellatus fit, botanici in scholis docent atque demonstrant. Quippe flos pentapetalus irregularis vmbellatus fecundum methodum Riuinianam est ille, cuius partes inaequali nexu cohaerent, qui quiuis petalis vel foliolis reuera distinctis instructus & quafi aggregatus eft, vbi plures flosculi vno receptaculo continentur, corollumque fiuelimbum vel auleum irregulare habent, & flos rofaceo vmbellatus, vti Tournefortius describit, est ille, qui in orbem instar rosae est positus, vbiplures flosculi pentapetali rofacei pediculo infident & in capitula quaedam colliguntur, pediculis longioribus innixa. Et eiusmodi flore, vti omnes plantae vmbelliferae funt praeditae, ita praeprimis pimpinella nigra gaudet, si folia & partes eius omnes accurate separamus. Clar. D. D. Carl. Aug. de Bergen in Flor. Francof. p. 180. hunc florem ita describit, dum dicit: quod sit vmbella vniuerfalis figura incerta. Quid 2) autem Illust. ille D. Alb. de Haller in Flor. Jenens. Ruppian. p. 286. per calycem vniuerfalem nullum peculiarem intelligat, quem floribus pimpinellae generatim adfignat, id illustrat citatus autor D. D. Carl. Aug. de Bergen in Flor. Francof. duml. c. inquit: Pimpinella nigra habet inuolucrum vniuersale nullum partiale polyphyllum & petala inaequalia secundum Linnaeum, Calyx enim quia Riuino perianthium & a Linnaeo inuolucrum nominatur, est pars floris pofterior craffitudine quadam notabili a pediculo diftinsta. Hocce calyce quidem seu perianthio & inuolucro plantaenon penitus carent vmbelliferae, sed illo praeditae sunt, vt alii flores; attamen ille non ita animaduertitur & craffitudine notabili diftinguitur, quia quasi continuus est & ex multis paruis & latis constat foliis, qualis structura in Pimpinella nigra etiam observatur, vid. D. Cafp. Bosii progr. de calyce Tournefortii. Sicutautem fola figna florum characteristica ad plenariam plantarum haud sufficiunt cognitionem, sed alii quoque characteres & quidem seminum seu fructuum simul in subsidium sunt vocandi, B 3

quia

quia omnes plantae suis gaudent seminibus, quae peculiari signantur charactere, ex quibus tota quanta est futura plantaregeneratur, & in quibus eadem antehac delitescebat, quaeque reliquarum partium essentialium productioni inferuiunt, optime adnotante D. Ant. Guil. Plazio Prof. Lipf.in progr. de plantarum seminibus; ita etiam id observandum est in pimpinella, quae femine etiam gaudet peculiari tale indicans fignum, quale habent femina plantarum vmbelliferarum. Quippe pimpinella poffidet semen nudum folidum gemellum paruum striatum alisque coronatum. Quid per tale semen intelligatur, omnes norunt botanici. Semen enim nudum & folidum dicitur, quod pappo seu lanugine carer, durum est, neque capsulis sue pericarpiis inclusum. Semen aurem gemellum & paruum vocatur, vbi calyx floris in duo grana abit exigua. Et semen striatum alisque coronatum nuncupatur, quod strias & fulcos habet, in cuius apice sunt alae instar coronae, si microscopio observantur. Et semen ita signatum, vti omnes plantae vmbellatae, ita etiam pimpinella possidet nigra. Ast non a flore & semine tantum, sed etiam a foliis plantarum notae desumuntur characteristicae, quia in non paucis plantis folia propter fingularem figuram, dispositionem, structuram, texturam aliaue notabilia accidentia haud raro melius quam flores & semina exigua in conspectum prodeunt vid. D. Laur. Heisteri Prof. Helmst. diff. de Foliorum vtilitate in constituendis plantarum generibus iisdemque facile cognoscendis. Tale autem fignum characteristicum in pimpinella petitur a foliis pinnatis. Caulis enim illius fiue prima pars plantae a botanicis virga dicta, fi ineunte vere e radice emergit, initio habet parua foliola superius etiam tenuissima, quae tandem in folia laciniata seu pinnos varie & multiformiter diuisos, qui quasi repraesentant serram, abeunt; Petr. Andr. Mathiolus in com? ment. ad oper. Dioscor. p. 729. folia pimpinellae ita describit, dum inquit; folia quae ad radicem sunt circumquaque solo procumbant, pluribus ex vno pediculo vtrinque emergentibus difsectis, per ambitum serratis caule quadrangulari, sic interdum carui instar minutissime laciniantur. Excell, Alb. de Haller in Flor.

Flor. Ienens. Ruppian. p. 285. ita describit, dicens: Folia pimpinellae funt oualia sanguisorbae similia varie & multiformiter divisa. Et Clar. Carl. Aug. de Bergen in Flor. Francof. p. 180. haec folia nominat pinnos femilobatos fubrotundos & circumferratos. Folia autem pinnata seu pennata & pinni apud botanicossunt, vbi bina folia, vti iam superius dixi, e regione sibi ad idem quasi costae punctum opponuntur. Et ita quoque fabrefacta & figurata est, quoad folia pimpinella nigra. Quemadmodum tandem in plurimis plantis radices vtilitate & nobilitate flores & semina antecellunt, & signum plantarum praebent diagnosticum, ita quoque pimpinellae praesertim nigrae radix, quae colore nigro & coeruleo prae alba sese manifestat est attendenda, ex qua fumi potest praecipuum criterium. Haec enim radix constat ex longioribus non modo fibrillis, sed & parte digitali crassitudine aequali, quae extus colorem fuscum & nigrum & intus coeruleum fuccum coeruleum manantem habet. Et haec quoad colorem circumftantia est optimum pimpinellae nigrae indicans. oh a 2 muillas estrevisorol ni tashorq 20 183

tum elt spargendum, polige fadiges salue tenerse autumno

-nalantan-

Sed hoc ipfo inuitamur ad patriam & locum pimpinellae nigrae natalem. Vbi in genere praemittendum eft, non videri in vno folo loco hancce crefcere, quamuis pimpinella alba in plerisque aliis inueniatur. Locum enim illius quod adtinet natalem, ille est in Marchia & quidem praeprimis Francofurti cis Viadrum, vbi fponte olim Ben denen nunen item um det großen halben Stadt largiter crescebat, optime obseruante D. Carl. Aug. de Bergen in Flor. Francof. Cum autem tabernarii & destillatores Francofurtenses illa ad suas vitae aquas colorandas hactenus vterentur, ea quantitare in dictis haud reperitur locis, fed a pharmacopolis colitur in hortis. Interim duobus vel tribus miliaribus a ciuitate distantibus nonnulli funt pagi, in quibus copiole haec planta radicibus multis & indiuifis progerminat & adnotante D. Ant. Phil. Queitschio Medico Francofurtensi famigeratisfimo, Fürstenwaldae, Freyenwaldae & in aliis BoBoruffiae crescit tractibus. Omnem quidem nauauerimus operam, an aliis in locis illa inueniatur, sed nullam deprehendimus, nifi circa Zwickauiam in Saxonia, ubi illam partitim vidimus. Quare aliorfum potest transplantari, vti B. D. Aug. Fr. Waltherus Prof. Lipf. & D. Laur. Heisterus Professor Helmstadiensis celeberrimus in hortis suis botanicis experimentum fecere & plantam hancce coluere. Et radice illius recenti & femine a B. D. Andr. Ottom. Goelicke Medico Francofurtensi olim acceptis in alueolum seminauimus atque plantauimus, ex quibus plantas quamplurimas cum floribus & feminibus maturis acquisiuimus. Alias amat terram nigram & lutosam, quare in pratis, vincis, ageribus & aliis locis inuenitur incultis. B. D. Job. Heinr. Schulzius Prof. Hallens. in differt. de Chamaemelo scribit §. 8. p. 19. Pimpinella coerulea per Marchiam frequentissima est, nullibi autem reperitur, nisi vel in coemeteriis vel istiusmodi locis, quo iumenta frequentius pelluntur a rusticis, quaeque ab iis copiofius stercorantur. Semen, vt mox exfurgat & prodeat, in locum versus austrum & a septentrione remotum est spargendum, postea radices adhuc tenerae autumno insequenti in locum versus septentrionem sunt transplantandae, vbi sese hac ratione optime propagant.

in vio folo loco handce crece oguamuis pimpinella alba in

Vt vt autem vnicuique plantae fuum anni & menfis tempus est proprium, quo flores emittit & producit, ita quoque pimpinella nigra tale habet. Tempus enim florendi quod concernit, illud est mensis Iunii & Iulii, vbi floribus albidis & quandoque aliqualiter rubescentibus prouenit, qui siffaccescentes decidunt tandem mense Augusti in semen abeunt. At enim vero quamquam tempus peculiare est plantis, quo flores proferunt, illi tamen non colliguntur, quia in medicina haud adhibentur, hinc radix eius, quae melior atque efficacior prae illis, certo tempore effoditur & colligitur, id quod fit mense Maii. Credimus nimirum omnino, maiorem fucci vbertatem inueniri in radicibus, quae vere effodiuntur, quam autumno, licet licet alii autumnum ad eruendas radices praeferant, optime fentiente Petr. Andr. Matbiolo in praefat. ad oper. Diofcorid. Radice hac debinc e terra conuenienti tempore & ineunte vere eruta & ab immunditiis mundata in frusta discinditur & in loco vmbroso optime exficcatur, qua ratione eius vis & efficacia diu conservari potest.

0

δ.

Prius vero quam ad vsum pimpinellae nigrae varium specialius enarrandum accedamus, de principiis illius agendi seu particulis eandem constituentibus, a quibus agendi vis illa pendet earumque temperie & crasi, qualem nempe odor, color, sapor & chymia denique ipfa cognofcendam nobis exhibent tra-Aabimus. Ex quibus ergo coagmentata nostra sit planta & quaenam eorundem reperiatur proportio indagandum erit. Quo autem eo felicius finem suum obrineat Medicus, omnia tam externa quam interna perscrutatur. Sic rimatur, quae in sensus cadunt, videt, quid color, odor & sapor cum ratione qualitatis & applicationis ad corpus humanum commonefaciant. Porro chymiam in subsidium trahit, eaque mediante disgregat particulas hoc vel illud constituentes, ex quibus & aliis praemillis suum deinceps formet ratiocinium. Quod itaque internam phyficam mixtionem & principia pimpinellae nigrae respicit constitutiua, planta illa & praesertim eius radix ex pluribus constat particulis oleoso - sulphureis, paucis salino alcalinis & copiofis terrestribus, id quod prius ex odore suavi & colore nigrescente coeruleoque, posterius vero ex fapore dulci & aromatico miti est iudicandum. Oleosae enim & sulphureae partes ex aqua illa saphirina & oleo per alembicum transmillo eleganter instar chamomillae romanae coeruleo fiunt manifestae. Nam si spiritum vini radicibus infundas & destillando inde auoces spiritum saphirino elegante colore imbutum acquires, id quod Iobannes Sigismundus Elsbolzius in destillatoria curiosa c. 13. primus adnotauit. An lemen huius p'antae, fi destillationi subiiceretur, etiam coeruleum sit C da-

17

daturum oleum vix dubitamus; sed experiendi occasione destituti nihil pro certo affirmamus. Interea nondum legimus praeter haec duo vegetabilia chamaemelum & millefolium dari alia, quae oleum saphirinum largiuntur. vid. B. D. Iob. Heinr. Schulzii Prof. Hallens. diss. de Chamaemelo, & B. D. Fr. Hosmanni diss. de Millefolio. Si radix pimpinellae nigrae viterius igne eliquatur chymico extracti oleoso resinoso-fulphurei uncia semis, salinarum particularum drachmae tres terrestrium partium nouem acquiruntur drachmae.

§. 10.

Declararis ita fenfibilibus praecipuis pimpinellae nigrae qualitatibus, nobis incumbet, vt antequam ad producta & composita ex cadem digrediamur, prius virtutes eius fingulariter luftremus & ad facultates medicas explicandas progrediamur. Quippe qui aliquod compositum est facturus omnium fimplicium pharmacorum vires noffe oportet, dum qui eas noverit, eis etiam, quae ab alus composita sunt, recte vtetur. Virtutes itaque & effectum huius plantae quod atringit, illa ob particulas oleofo-fulphureas & falino-alcalinas fixas balfamicam non folum poffidet vim & efficaciam, fed & fimul corruptionen refraenat putredinofam, dum fanguinem mundificat & impuras particulas ex humoribus feparat perque vias ordinarias praesertim vrinam & sudorem excernendo & eliminando euacuat. Praeterea ebullitiones & efferuescentias sedando sanguinem demulcet & quafi edulcorat. Pro optimo itaque & securifimo remedio diuretico & diaphoretico vt & alexipharmaco. quod longe melius & mitius aliis ftimulantibus falino alcalinis volatilibus medicaminibus operatur planta haecce eft cenfenda. Quare interne variis in adfectibus vt demulcens, refoluens & apophlegmatizans remedium deprehendimus egregium. Quippe mucum viscidum tam in capite praesertim finubus cerebri itagnantem, quam in valis pulmonum minimis sublistentem attenuando & refoluendo promouit. Hinc in coryza aliisque adfectibus catarrhalibus & pectoralibus, tuffi & afthmate tam bumi-

humido quem ficco optime sele gessit. In odontalgia quoque fymptomatica acrimoniam illam fanguinis impuram in dentibus stagnantem & illorum neruos titillantem extemplo discussit, doloremque inde leniendo fedauir. In pathematibus porro rheumatico arthriticis & praecipue malo ischiadico & podagrico, vt infigne leniens & fedans ob feruauimus remedium. In morbis tandem scri & lymphae, vt achoribus infantum, scorbuto, scabie & primo luis venereae gradu tanquam mundificans sanguinem optimum inuenimus medicamentum, dum impuritates illas exficcando & purificando fine noxa ex sanguine depulit miraque praestirit. Deinde in calculosis & nephriticis adfe-Aibus vi specificum cum Elsbolzio experti sumus medicamenrum Poftea in morbis vterinis praesertim eorum impuritatibus & stagnationibus fluore nimirum albo & suppressione menfium, vr aperiens, & emmenagogum praeclarum adnotauimus remedium. Item in malo hysterico & hypochondriaco aliisue spasmis visceralibus v. g. colica tam simplici, quam haemorrhoidali, vt fecurum anodynum animaduertimus medicamenrum. In statibus quoque subsistentibus dissoluendis & diffipandis praestanda praestitit. Ad appetitum excitandum & concoationem primariam & fecundariam adiuuandam fuum plenarie contribuit. In morbis deinceps malignis & contagiofis, febribus nimirum putridis & exanthematicis v. g. variolis, morbillis, purpura & petechiis antidotum quafi fuit securissimum, dum omnem malignitatem & impuritatem e sanguine expulit, a corde depulit perque loca se-& excretoria praeprimis vrinam & sudorem ablegauit. In grauidarum torminoso flatulentis pathematibus & inde metuendo abortu velaliis periculis mirigandis & sopiendis valet omiffis aliis embryonum balfamis, aquis vitae mulierum, elixiriis vterinis aromaticis calidis carminatiuis, hinc etiam in doloribus nothis feu spuriis partus paulo ante vel sub partu prodest & veros promouet. Ad fecundinarum foetusque mortui exclusionem facilitandam commendatur. Ad fluxum lochiorum fine infigni exagitatione propemodum non contemnendi vius est baec radix. Vitimo in tu-C 2 morimoribus oedematofo-hydropicis praefertim anafarca, vifceribus adhuc faluis, vt excellens & fpecificum vidimus remedium, dum ferum in abdomine & pedibus ftagnans refoluendo diffipauit, perque emunctoria confueta & neceffaria depofuit vifcerumque tonum labefactatum reftituit. In gonorrhoea mundificandi, refoluendi ac expellendi, qua praedita eft facultate, bene fe gerit. Contra tremores artuum a mercurialibus medicaminibus ortos laudatur. In lue venerea mirum in modum extollitur laudibus, vteam e fundamento curet, fi per quatuor quinque vel fex feptimanas pro gradu ftatuque morbi adhibeatur, coniuncto purgantium & fudoriferorum fimul vfu. Quod haec radix fedatiua & anodyna virtute alteram vulgarem albam longe fuperet, clarum habemus teftimonium D. Goblii in manuduct. ad praxin clinic. Norimbergae edita.

Item in malo - Miterice or

Luftrauimus iam noftrae plantae vsum internum, supereft igitur, vt paucis tantummodo verbis agamus de vsu eius externo, cum fatis etiam ille amplus fit. Nam sicut internus vsus admodum efficax existit, ita & externus plane egregius est, dum ob eadem principia balsamicamque lenem virtutem nervos irritatos placat, impuritatemue humorum purificat, tonum ad aequilibrium reducit & disuntas partes confolidat. Quippe in vulneribus ad fanguinem sistendum, in vsceribus antiquis manantibus ad ea exsiccanda & in adfectibus cancroideis fistulos & venereis ad illos fanandos & depurandos cum fructu adhibetur. Egregiam quoque exserit efficaciam in tumoribus externis discutiendis inque pedum oedematibus atque eresypelaceis malis dissipandis. Imo decantatissima eius est vis in faucium vitiis & tam in simplicibus anginodeis, quam venereis vsurpatur adfectibus.

Cum hodie praecipue a Medico practico requiratur, vt non folum cito & tuto, fed ettam iucunde curet. Itaque omne ftu-

§. 12.

100 × 100

studium omnemque operam in eo collocare debet merito, vt medicamenta quae vel cruda exhiberi non poffunt, vel aegrotis ingrata & nauseosa existunt per praeparationem congruam in iucundam formam redigat, atque ita palato gratiora & ad affumtionem aptiora reddat. Et cum idem de pimpinella nigra dicatur, quod nempe per se exhibita non aeque palato blandiatur, hinc confultum erit, illam vti ferax est qualitatum ratione, ita & praeparationum copia superbientem iam inuestigare. Vegetabilium quidem vsus in substantia a non paucis hodie reilcitur, cum putent, illa nauseosum obtinere saporem, dum ob nimiam dosin nauseam excitant; At enim vero pimpinella nostra nigra licet aliquo modo ob copiam, si in substantia adhibeatur, sit nauseosa, in pulueribus tamen praeprimis tragaeis radix puluerifata vsurpari potest, vbi non ita excitat nauseam. Hinc praeparanda & propinanda eft ea sub forma Essentiae. Circa extractionem autem illius tenendum eft, quod haec peculiari methodo & enchirefi in furno chimico fingulariter constructo fit praeparanda, nec fimplex frumenti spiritus, viiin extractione Effentiae pimpinellae albae sumendus, sed aliud penetrantius adfundendum menstruum, vt partes oleofae sulphureae, quas nigra prae alba poffidet, eo melius & citius eliciantur, cui extractioni folia quoque fingulariter exficcata & praeparata adiungimus & ita effentiam faturatiorem & effectu praestantiorem inde acquirimus. Interea folia & radix exficcata in infuso theiformi & decoctis in diuerfis cum fructu adhibetur morbis. Herba enim illius tanquam infusium theiforme praesertim in grumis fanguinis post haemoptyseos paroxysmum relictis resoluendis abstergendis & ad exitum disponendis, item in chronicis pectoris adfectibus ferofo-nempe mucidis stafibus laudatur. In decocto cum radice farfaparili. vfurpata herba & radix in gonorrhoea exhibitabene se gessir. Radicem & herbam sub forma decocti cum vino parati & per aliquot dies vsurpati in noxis a mercurialium cum interno tum externo abusuin luis venereae curatione obortis optimam & efficaciffimam vidimus. In calculo ad frangendum illum & expellendum commendatur herba fub infulo. Si her-

C 3

ba

ba & radix decoquitur & fub gargarismatibus vfurpatur, egregiae funt duae illae fpecies in faucium vitiis. Aqua etiam illa coerulea deftillata vehiculi loco, vt in ea lithontriptica medicamenta diluantur & porrigantur ad calculum pellendum adhibetur. Oleum illud faphirinum vt anodynum in doloribus pleuriticis fopiendis laudatur. Aqua tandem illa vitae faphirina vt optimum carminatiuum a Francofurtenfibus bibitur. Exterae vero vel Elfentiam praeprimis cum Effentia Myrrhae & Balfamo Peruuiano commixtam in vulneribus & vlceribus depurandis vel folia & radices eiusdem fub fpeciebus difcutientibus & refoluentibus in forma facculorum ad tumores diffipandos cum euphoria exhibuimus. At maxime decet proportionem nec in excelfu nec in defectu peccantem femper feruare,

Quid pimpinella nigra in morbis efficiat & praestet tam interne, quam externe sequentes casus in praxi medica adnotati & observati id attestantur, quos iam nunc recensebo.

13.

δ.

CIX DB DEPTION

a benete getitt.

CASUS I.

De Achoribus & Tinea.

Puella IV. annorum, cacochymica ob immunditiem & negligentiam matris achoribus & tinea laborabat vehementi, ita vt totum non folum caput: fed & frontem, nucham & collum occuparet. Ego in confilium vocatus, dedi Effentiam pimpinellae nigrae faturatam largiter in die fumendam, cui etiam adiunxi laxantia lenia & vnguentum ex Vngt. Rofac. Nicotian. pulu. rad. Pimpin. nigr. & ol. tart. per deliqu. concinnatum quae medicamina tandem cum fuccelfu & absque noxa fanarunt & exficcarunt achores atque tineam.

CASUS II.

De Erefypelate suppurato & exulcerato.

Sutor XXXV. annorum sanguineo - phlegmaticus & confitutionis corporis carnosae eresypelate frequentius in pede sinistro

nistro est correptus, & cum externe ineptis tractaret remediis; illud mutabatur in vlcus, quod iterum confolidatum varia fymptomata catarrhalia & ophthalmica inde produxit, ita vt per semestre & vitra valetudinarius factus sit. Morder tandem illum in pedem finistrum canis rabidus, id quod inflammationem eresypelaceam recrudescit & febrim post fe trahit pleuriticocatarrhalem. Variis quidem medicaminibus vsus empiricis tam externis, quam internis pathemata paululum lenat, fed non fanat, Hinc ea omnia lipothymia sequitur, dolor & inflammatio pedis exasperatur, & motus febriles augentur. Cataplasmate tandem emolliente vtitur, quod circa furam facit abfceffum, ita vt ex illo aperto materia purulenta ad menfuram femis egrediatur & ita vlcus manans foetidum per aliquot temporis spatium efformet. Ego confultus pimpinellam nigram interne & externe tam in substantia & puluere, quam in Essentia ad purificandum fanguinem adhibui, quae etiam omnia pathemata interna profligauit, vlcus mundificauit & consolidauit & ita pedeminintegrum statum restituir. menfirm cessionem.

condiam pathematibus JIII: SUSAD monthus in doloribus ca-

dorti & lumb agev obriritide vaga utita praccordio-

Mulier XLII. annorum fanguineo-phlegmatica & plethorica, ob praematuram mensium ceffationem venae sectionem neglectam & vitam sedentariam in varia incidit pathemata vel hysterica, vel febrilia & catarrhalia, quibus sese adiunxerunt arthritis vaga & haemoptyfis, quod prius aegrotam ita vexauit, vt spalmodici dolores vel in artubus superioribus vel in inferioribus, vt capite, nucha, brachiis, manibus & pedibus circumuagerentur. Ego in confilium adhibitus praeter potionem ex aquis destillatis diapnoicis puluere succin. praeparat. antimon. diaphor. & puluere rad. Pimpin nigr. praeparatam & fyr. Cort. aurant. edulcoratam, Effent. quoque Pimpin. nigr. diligenter fumendam praescripfi. Quibus postea aliquot hebdomadibus aegrotam fanaui & motus spasticos vagantes sedaui, vt penitus ibus loaimodico-at filerent. SILC

CASUS

CASUS IV. 8 surgernos fis colia De Malo Ifchiadico. v ni untedenno belle

Litteratus vir LXXIV. annorum languineo - phlegmaticus & corporis habitus spongiosi & carnosi vitae sedentariae & diaetae lautae deditus alias haemorrhoidarius, ob venae fe-Aionem neglectam & alias folitam in malum incidit ischiadicum, cui haemorrhoides coecae, tenesmus, obstructio alui, ruffis & motus febriles sele adsociarunt. Ego consultus dedi Essentiam pimpinellae nigrae, puluerem temperantem & anodynum externe autem dorso dolenti applicui Emplastrum ex Empl. faponat. camphor. Barbett. Galban. croc. Tacamah. & opio praeparatum & ita feliciter sanaui. diame & its vicus

CASUS V.....

De Malo Hysterico exacerbato cum abscessu in inguine.

aum chormer.

Matrona LXVIII. annorum, temperamenti cholerico melancholici constitutionis corporis macilentae, ob praematuram menfium ceffationem, infelix puerperium, moerorem & iracundiam pathematibus hystericis vehementibus in doloribus capitis, dorfi & lumborum cum cardialgia, angustia praecordiorum, vomitu, appetitu deprauato & fluore albo constantibus, per multos annos adfligebatur, quibus diuería aft incaffum opposuit remedia. Meum tandem implorans confilium & auxilium, praeteralia Effentiam etiam Pimpin.nigr. cum Eff. caftor. mixtam diligenter propinani, quibus effeci, vt in latere finistro circa regionem inguinalem tumor inftar oui durus & dolorificus appareret. Qui cataplasmatibus & emplastris emollientibus tractatus & maturatus largam materiae copiam emifit, vt omnium pathematum hystericorum exoptatus factus fit finis.

diaphor. & pultere rad . Wor?U 2AD praeparatam & fyr. Corr.

De Catarrho suffocativo.

Sartor vir LI. annorum, sanguineo-melancholicus & plethoricus vehementibus doloribus spasmodico-arthriticis in brachio CASEJS

endibernobde

25

chio dextro hactenus vexatus, medicamento externo illos/aliquandiu fedauir. Natura quidem coryzam fluentem producebat, cum autem illa iterum regimine frigido impediretur, hanc catarrhus fuffocatiuus & febris vehemens catarrhalis cum ftertore & raucedine confequitur, ita vt omnem aerem in refpirando adimeret. Ego in confilium vocatus, Effent. Pimpin. nigr. frequentius fumendam, infufum theiforme ex fol. & rad. Pimpin. nigr. & flor. arnic. paratum diligentius forbendum & gargarifma ex flor. Malu. Rofar. rubr. Salu. rad. & fol. Pimpin. nigr. & Mell. Rofar. faepius injiciendam adhibui. Quibus medicaminibus aegrotum intra tres feptimanas feliciter reftitui, ita vt fanus perfecte fit ac faluus.

CASUS VII.

De Hydrope anafarca.

Literatus vir LXVIII. annorum, cholerico-melancholicus, corporemacilentus, ob motum corporis alias suetum praesertim iuuenilibus annis fanus, aft ob vitam fedentariam hactenus peractam valetudinarius factus est. Quippe in tussim stomachalem & malum hypochondriacum incidit. Natura quidem haemorrhagia narium, sputo cruento & diarrhoea aequinoctiali quaefiuit opem, sed impediuntur illae salubres excretiones medicamento quodam styptico & adstringente ab empirico commendato. Hoc statim post se trahit tumores pedum oedematofos, respirationem difficilem & tuffim vehementem. Tumores tandem ad femora vsque scrotum, manus & faciem progrediendo, hydrocelen non modo, sed & hydropem anafarcam cum fiti, appetitus defectu, obstructione alui, suppressione vrinae & febre lenta progenerant. Ego in confilium accerfitus Effent.Pimpin.nigr.cum TR. zii tartarifat mixtam, nec non puluerem ex Rad. Pimpin. nigr. Vincetox. & Rhabarb. praeparatum imo externe facculos ex rad. & fol. Pimpin. nigr. aliisque herbis discutientibus confarcinatos frequenter calide vsurpandos commendaui, quibus non folum vrinam & fudorem prolicui, D fed

fed & hydrocelen & hydropem ex partibus fuperioribus diffipaui & ita aegro sanitatem reddidi arque restitui,

CASUS VHI.

De Tefficulo venereo.

Pediffequus quidam vir XXXVI. annorum, fanguineo cholericus, constitutionis macilentae, vitae dissolutae & praesertim venereae deditus, ex coitu impuro gonorrhoeam nactus eft malignam. Et cum hanc variis medicaminibus supprimeret adstringentibus, testiculum venereum magnum cum inflammatione ferotivehementi pro merce inde accepit; aeger meum quaerens auxilium, illi cataplasma emolliens ex herbis emollientibus & difcutient. quibus folia & radix Pimpin. nigr. addita erant in la-Re decoctum & testiculis inflammatis applicitum praescripsi, fimulque Essentiam Pimpin, nigr. cum Ball, de Copaiua mixtam largius sumendam cum pilulis purgantibus interne ordinaui. Quae remedia testiculum inflammatum & tumefa&um non modo discusserunt, sed & omnia symptomata feliciter depulerunt.

CASUS IX.

De Sterilitate ex fluore albo.

Mulier XXIV. annorum fanguineo cholerica & plethorica, tribus annis iamiam nupta & adhuc sterilis, ob mensium irregularitatem & fluorem, quem aliquandiu passa est album, in pathemata fimul incidit hysterica, quae mihi aperuit & hinc confilium meum implorauit. Ego praeter pilulas polychreftas Hallenses frequenter sumendas Effentiam Pimpinellae nigrae propinaui, fimulque infuíum theiforme ex rad. & foliis Pimpinellae nigrae confarcinatum adiunxi. Quibus effeci, vt non folum vterus purgaretur, menses in ordinem redigerentur, fluor albus depelleretur & foecunditas plenaria produceretur, cuius filii & filiae postea enixae funt testes,

ndaus, equibus non folum vrinam of judorem, prolecus, CASUS

bei.

Keen XK Keen

CASUS X.inpa no encitod muo mab

De Variolis malignis confluencibus cum purpura alba.

Puer IV. annorum corporis habitus pleni in variolas incidit epidemice graffantes, cum quibus sese adsociant aestus, respiratio anxia, appetitus defectus, lassitudo membrorum atque delirium. Illis quarto die erumpentibus paruae admodum non modo, sed & copiosae efflorescunt, ita vt totam faciem, pe-Aus, dorlum, manus & pedes occupent. Ego confultus potionem diapnoico - temperantem praescripsi. Illis postea in suppurationem abeuntibus partim vbique confluunt, partim vesiculas magnas in manibus & pedibus generant. Cum autem fuppuratio lente procederet, aliaque grauiora symptomata praeprimis fitis, inquietudo, aeftus & phantafiae accederent, ad fuppurationem promouendam ordinaui Effentiam pimpinellae nigrae, qua tandem effeci, vt tam inligniter maturarent, quam feliciter exficcarent. Purpura quidem alba his vltimo fuccedebat, fed nihil periculofi post fe relinquebat. Cum fimul vlcera manantia & exedentia ex copiofis variolis profunde suppurantibus & confluentibus in manibus effentac pedibus, illa puluere externo ex radice & foliis pimpinellae nigrae, Gummi Myrrh. & Maftich, constante inspergendo penitus exsiccaui & sanaui.

CASUS XI.

De ulcere manante in genis & mento ex morbillis retrogredientibus.

Puer III. annorum alias robuftus & hilaris morbillis corripitur epidemice graffantibus. Exanthemata quidem morbillofa optime efflorefcebant, fed mox retrocedebant. Hisce deinde mox euanefcentibus defluxiones catarrhales, tuffim nempe ficcam, colli ftuporem paralytodem, laffitudinem membrorum, fomnolentiam, ulcus manans & exedens in genis & mento cum febricula lenta & vrina nigra relinquebant. Ego in confilium vocatus Effentiam pimpin. nigr. quotidie ter fumen-D 2 dam cum potione ex aquis destillatis diapnoicis puluere pimpin. nigr. oc. cancr. ppt. antimon. diaphoret. & syr. flor. Tunic. parata propinaui. Quibus effeci, vt non solum omnia cessarent symptomata, sed & vlcera manantia fierent sicca & vrina nigra mutaretur rursus in colorem citrinum cum plenaria euphoria.

non mubortha esure CASUS XII.

De Erefypelate vago vesiculoso cum purpura alba.

Virgo XVIII. annorum fanguineo-cholerica & plethorica morbo quodam 1744. autumno epidemice graffante eresypelate nempe vago veficulofo dieto herum ziehende Blafenrofe diuerfos homines trucidante adfligitur, quod sequenti ratione fuit manifeftum. Ingens enim exoritur frigus, quod fummus confequituraeftus, enormis cephalalgia, magna faciei inflatio & inflammatio, quibus non modo vesiculae cancroideae malignae ardorem & dolorem inlignem producentes, fed & purpura alba succedebant. Postea inflatio & inflammatio in facie detumescebat, & vesiculae cum purpura instar squamarum decidebant. Porro collum, dorsum, brachia & pedes progrediendo eadem ratione, quam infacie & inflatione & inflammatione & vesiculis & purpura & ardore, & dolore & desquamatione occupabat & ita omnes artus circumvagabatur. Quibus accedebant anxia & difficilis respiratio, somni defectus, delirium, membrorum lassitudo, otalgia & linguae balbuties fitisque inexplebilis. In hoc miferrimo ftatu meum requiritur confilium & auxilium. Huic morbo ferme inaudito praeter medicamina temperantia & diapnoica praescribebam diligenter Effentiam pimpinellae nigrae; externe autem folia recentia Tiliae & pimpinellae, quae vltima inflammationem non folum & veficulas malignas mitigabant & exficcabant, fed & aegrotam intra viginti duarum dierum spatium restituebant & sanabant. Hac ratione etiam mulier fimul curabatur.

onfilium vocarus Effentiam pimpin. nige. quotidie ter fumen.

50

CASUS

28

ILIAN

De Febre petechiali.

Minister ephyppiarii iuuenis XX. annorum sanguineo-cholericus & plethoricus commotionibus febrilibus 1745. vere grafsantibus, vt frigore, aestu, cephalalgia, lassitudine membrorum, respiratione difficili, delirio & exanthematibus petechialibus constantibus corripiebatur. Ego vocatus in confilium praeter potionem temperantem & diapnoicam ordinaui etiam pimpinellam nigram tam in essentia, quam in infuso theisformi. Quae medicamina illum habuerunt essentia narium larga, aluo fluida & sudore sufficienti mederetur.

CASUS XIV.

De Febre pleuritico - peripneumoniaca.

Foemina XXXIX. annorum fanguineo - phlegmatica & plethorica febre pleuritico-peripneumoniaca epidemice autumno 1746. graffante afficitur, quae frigore, aeftu, coryza, dolore capitis & lateris dextri acuto, laffitudine & safmis membrorum, appetitus & somni defectu, angustia praecordiorum tusfique ficca apparuit. Die quarta sputum accedit cruentum & symptomata cum inquietudine & phantasia corrupta sefe exasperant. Meumtandem expetens confilium, praeter potionem temperantem & diapnoicam infusum theisforme hb. & radic.pimpin.nigr. & flor.Arnic.paratum cum Essent. pimpin.nigr. diligenter propinabam, Quibus remediis effeci, vt intra vndecim dies haec'omnia sudor lenis, expectoratio larga, ptyalismus copios & purpura consequeretur & aegrota restitueretur.

CASUS XV.

De Coryza stagnante feliciter promota.

Literatus vir LII. annorum temperamenti sanguineo · cho-Ierici vitae sedentariae ob studia & meditationes frequentes deditus alias sanus. Cum ineunte vere 1756. ob tempestatem va-D 3 riam vel calidam vel frigidam varii epidemici graffarentur morbi, praefertim tuffis, coryza & febres catarrhales, ille etiam prioribus corripiebatur, ita vt tuffi ficca & coryza fubfiftente vehementer adfligeretur, quae dolorem capitis fummum, temulentiam, refpirationem anxiam & motus febriles circa vefperam praefertim poft fe trahebant. Ego confultus diligenter adhibui Effent, pimpin, nigr. fingulis horis duabus in die fumendam. Infufum quoque theiforme ex rad. Glycyrrhiz, pimpin, nigr. fol. pimpin. flor. Tuffilag. & Arnic. conftans fimul propinaui. Quibus remediis id peregi, vt non folum tuffis afpera fedaretur, coryza copiofius promoueretur & in phlegmatorrhagiam quafi mutaretur, cum excreatione larga mucida & falina, fed & aeger plenarie renouaretur.

CASUS XVI.

De duobus calculosis feliciter sanatis.

Vnus est lanarius vir L. annorum sanguineo - cholericus macilentus, qui aliquandiu laborauit ischuria & doloribus lumborum spasmodicis, vomitu, febrilibusque commotionibus. Huic puluerem me confulto propinaui temperantem & anodynum, Essentiam quoque pimpin, nigr. sacculos externe ex hb. Malu. flor. Sambuc. Chamom. vtr. fol. & rad pimpin, nigr. paratos & ita aegrotum expulsis aliquot calculis cum vrina sabulofa feliciter sanaui.

Alter erat puerulus vnius & femis anni, ob fuppreffionem vrinae per quinque dies durantem in dolores vehementes fpafmodicos, in inquietudine, commotionibus febrilibus conftantibus in cidebat, cui fefe adlociarunt partium genitalium & abdominis intumefcentiae. Huicinterne Effent. pimpin. nigr- ad guttas duodecim & infulum theiforme ex rad. & fol. pimpin. nigr. paratum propinaui, externe autem herbam Parietar. & folia pimpin. nigrae in butyro frixas & regioni pubis calide applicitas ordinavi. Ex quibus remediis calculi non folum duo cum copiofa vrina vrina excernebantur, quorum vnum magnitudine pisi minoris adhuc sub naturalibus & curiosis conseruo, puerulum autem iterum sanitati restitui.

§. 14.

Sufficiant ergo hi casus medico - practici, qui plures desideret & de pimpinella nigra vlteriorem cupiat vtilitatem & effectum, ille penitiorem instituat inquisitionem copiosioraque cum illa f. siat experimenta, vbi exoptatum illius experietur finem.

Epistolae Francofurti cis Viadrum Pimpinellae nigrae causa transmissae, cum responsionibus banc ob rationem ex illo loco acceptis, & ideo buic meditationi medico-botanicae adnexis.

EPISTOLA I.

ad B. D. And. Ottom, Goelicke Prof. Med. Francof.

VIR EXCELLENTISSIME &c.

Ignoscas mihi benigniter, vt ad Te scribam. Causa enim, quae me literas hasce ad Te exarandas impulit fuit planta, quae Pimpinella nigra seu coerulea nominatur. An illa Tibi nota sit, scire aueo, & vt me huius certiorem facias a Te etiam atque etiam peto. Plantam hancce in Boruffiae locis & praesertim Francofurti cis Viadrum copiose crescere dicitur, cuius etiam Zornius in Botanologia p. 516. & Blancardus in Medicina breuibus iniecerunt mentionem. Illam externe nigram & interne coeruleam possidere radicem, folia obscure virentia & flores habere coeruleos perhibetur, & a botanicis Tragoselinum appellari narratur. Maiorem vim & effectum prae pimpin. alba in diuersis morbis exferere arbitratur & a Chirurgo quodam Schneebergensi & Purmanno in Chirurgia pro remedio specifico in lue venerea aestimatur & laudatur. Radix eius fi per alembicum destillatur, aquam coeruleam transmittere & calculum pellere ab Elsbolzio in destillatoria curiosa c. 13. attestatur. Veram

Veram huius plantae non modo descriptionem, sed & portionem, tam recentis quam exficcatae radicis, vt illam vel transplantare vel accuratius examinare poffim a Te postularem, vt perspectum inde haberem, quidquid credit & sentit tam Chirurgus Schneebergenfis, quam alii. Nam ficut benigniffimus Deus contra omnes ferme & difficillimos morbos certas plantas creauit, ita quoque contra morbum venereum peculiares & efficaces condidit herbas, quamquam adhuc ignotas. Pimpinella quidem alba in hoc malo aliquid praestar, fi ea in magna dosi & aliquandiu vsurpatur, attamen hoc malum radicatum non penitus tollit. Et credo, pimpinellam nigram copiofioribus praeditam elle particulis falino incidentibus, quam albam & ideo prae illa maiores exserere vires praeprimis apophlegmatizantes & mucum aliasque feri & lymphae impuritates euacuare. Tuam ergo de hac re expecto sententiam. Interea vale, mihique fauere perge, permanfurus

TUI Vir Excellentisfime

Dabam Gerae d. 4 Iul. 1738.

> obseruantissimus seruus L. Iohannes Andreas Harnisch.

RESPONSIO.

L. Johanni Andreae Harnisch Practico Gerano

S. P. D.

D. Andr. Ottom. Goelicke P. P.

Tibi, Vir Nobilissime, pro literis ad me scriptis maximas ago gratias. Quod pimpinellam concernit nigram, id quod de illa scripsisti verum est, quam quod verissimum, nempe pe quod illa olim hic loci in magna reperta fuerit quantitate. Aft cum destillatores Francofurtenses animaduerterent, radicem hanc fi per alembicum destilletur, coeruleum suppeditare colorem, illa in tanta, quanta antea, copia ibi haud reperitur, sed a pharmacopolis colitur in hortis. Descriptionem quam Tu Vir Nobilissime de planta illa mihi suppeditasti in omni quidem re cum illa conuenit, exceptis floribus, qui non funt coerulei, fed albi instar vmbellae & hinc apud boranicos ad ymbellatas referuntur plantas. Mitto ergo Tibi Vir Do-Etissime radicem non folum recentem, vt illam transplantes, fed & exficcatam, vt cum illa in praxi experimenta inftituas: Ad apophlegmatizantia remedia radicem hancce pertinere & koc intuitu in primo luis venereae gradu quidquam praestare minime nego. An autem in secundo & tertio illius gradu aliquid solidi sit sperandum plane pleneque dubito. Attamen frequentibus & repetitis experimentis an cura eradicatiua hanc sequatur, committendum id esse firmissime credo. Vale interim Vir Clariffime & quem amicum Tibi felegisti porro eundem fincero adfectu prosequi ne cessa. Dabam Francofurti cis Viadr. d. 12. Iul. 1738.

EPISTOLA II.

ad B. D. And. Ott. Goelicke.

VIR EXCELLENTISSIME &c.

-X9 BUDBS

Per litteras hasce Tibi indico, quod ex pimpin. nigra, quam mihi benigniter transmififti Effentiam praeparauerim & in diuerfis adfectibus cum fructu adhibuerim. Hlam quidem odore & fapore cum alba conuenire, fed non ita acrem, vt alba effe deprehendi. In doloribus dorfi fpasmodicis a calculo provenientibus & in fluore albo benigno opem quandam attulit, dum priores demulfit atque leniuit, pofteriorem e contrario promouit & ita vterum ab impuritatibus depurauit. In malo hyfterico infigne fuit folatium, dum illud fedauit & E mitimitigauit. Et in febribus catarrhalibus epidemice etiam graffantibus adminiculum praebuit certissimum, dum illas exculfit atque penitus depulit. Hanc radicem si plurem exsiccatam accipiam vlterius examinabo. Vale & quantocyus rescribe, ero interim

TUI Vir Excellentissene

Dabam Gerae d. 2. Nov. 1739-

> obedientissimus seruus L. Johannes Andr. Harnisch.

RESPONSIO.

L. Johanni Andreae Harnisch Medico Gerano falutem & amorem dicit

D. Andreas Ottomar Goelicke P. P. O.

De radice Pimpinellae nigrae Vir Doctiffime eaque exficcata nihil mittere poffum, quia pharmacopoli omnem ferme venundarunt & nullam reliquam habuerunt, hinc illa in pofterum est differenda. Quodsi vlterius cum hac instituere velis experimenta & Selectis medico Francofurtensibus illa inferere intendas, id vt derepente agas atque elabores. Tibi, mi Clarissime Domine Licentiate, maxime commendo, alias sum follicitus, vt alius in hac re Tibi praeueniat. Et vti memini, me aliquid de illa in Satyris medicis Silessiacis Tom. VII. legisse. Vale ergo Vir Nobilissime & me Tibi addictissimum amare perge. Scribebam Francofurti cis Viadrum d. 16. Nov. 1739.

EPISTO.

1000 × 1000

EPISTOLA III.

ad B. D. And. Ottom. Goelicke VIR EXCELLENTISSIME &c.

Cum varia Vir Excellentissime cum pimpinella nigra ha-Renus fecerim experimenta, exficcata autem radix iam nunc mihi deficiat, libram vnam vt mihi de hac remittas a Te peto, quia illam accuratius explorandi meus animus, & casus quosdam medico - practicos Selectis medicis Francofurtensibus inferendi mea quoque voluntas est. Desidero fimul radices aliquot recentes, vt transplantare possim, quia priores hyeme praecedente gelu perierunt. Vale & vlteriori fauore ac beneuolentia me prosequi non desiste. Sum

> TIBI Viv Excellentiffime

Dabam Gerae d. 8. Febr. 1740.

> officiofus L. Job. Andr. Harnifch

RESPONSIO.

L. Johanni Andreae Harnifch Med. Gerano

S. P. D.

D. Andr. Ottom. Goelicke P. P. O.

Radicem defideratam Vir celeberrime pimpinellae nigrae jam nunc mittere haud poffum, quia pharmacopoea Gengifenfis, ex qua illam accepi, vendita & inuentario omnium in illa contentorum etiam confecto alio tradita est possessori. Recentem autem plantam remittere multo minus nequeo, quia ob intensum frigus & largam niuem, qua terra quasi obtegitur, fossura illius vel difficilis, vel impossibilis est. Quare illam vt E 2 postepostero expectes tempore tempestate eueniente clementi & temperata vltro Tibi promitto. Interim amare perge eum, qui Te amat serio, Tuisque conatibus omnia fausta apprecatur & felicia. Scribeb. Francosurti cis Viadr. d. 27. Febr. 1740.

EPISTOLA IV.

ad B. D. Andr. Ottom. Goelicke.

VIR EXCELLENTISSIME.

Miraberis, vnde a tribus ferme annis haeferit commercium litterarium olim crebrius cum Te frequentatum. Caufa fuit tempus illud bellicofum hinc inde obuium, vbi interarma hactenus maxime filuerunt ftudia. Sed magnum defiderium, quo flagro litteras Tuas Vir Excellentifime easque gratas iterum tam videndi quam abillis profitendi, filentium hocce procraftinandi non permittit. Quare illas iamiam ad Te mitto & libras duas radicis pimpinellae nigrae exficcatae mihi a Te expeto, vt experimenta rurfus cum illa inftituere poffim. Semen quoque illius maturum ad feminandum fimul expecto, vt videam, an in noftris crefcat locis. Vale Fautorum optime, mihique in pofterum fauere perge. Sum

> TIBI Vir Excellenți [fime.

Dabam Gerae d.3 Jul. 1744.

in perpetuum obstrictus L. Job. Andr. Harnisch.

Par I

RESPONSIO.

VIR PRAENOBILISSIME

Quum Dominus Professor Goelieke die 12. praeterlapsi mensis Iunii evita migrauerit, eiusque relicta vidua litteras Tuas ad illum die 3. Iul. scriptas respondendas mihi tradiderit, iussa haec, haec, quantum breuitas temporis permittit procurare etiam libenter volui. Vere aduentura infequentis anni & quidem menfe Maii quod longifimum erit, fi tempeftas fauet, radicis pimpinellae nigrae portionem pro Te colligam, quia illa vere e terra effoffa viribus fuperior eft, quam illa autumno eruta. Alias pimpinellae huius nigrae hircinae duae funt fpecies maior & minor, vti alba, quam differentiam nullus botanicorum adnotauit, licet hanc in alba obferuauerint & albam & nigram ab italica feu fanguiforba pimpinella bene diffinxerint. Interea radix tam maior quam minor viribus & effectibus eft aequalis. Semen defideratum, quod appofui, eft de fpecie pimpinellae minoris quae copiofior crefcit, quam maior. Vale interea cum Tuis ad votum atque fauorem veterem litterarum vlteriori continuato commercio conferua, meque Tui obferuantiffimum amare perge permanfurus

> TUI Vir Praenobilisfinze

Dabam Francofurti eis Viadr, d. 17. Nov. 1744.

D. Ant. Philipp. Queitsch Med. Leg.

EPISTOLA V.

ad D. Ant. Phil. Queitsch Med. Francof. VIR AMPLISSIME AC EXPERIENTISSIME &c.

Mors B. Domini Professoris Goelicke non leue mihi inflixit vulnus, id quod maxime doleo & ferme ipsam mortem, fi Deo placuerit, concupisco, dum virum non solum beneuolum & eruditum amisi, ex quo multa profeci, sed & magnam inde iacturam ob commercium litterarium passus sum, quod alias mihi infignem attulit vtilitatem. Ast litteris Tuis iisque gratis E 3 2 2 2 a Te praecedente autumno acceptis iterum vigesco, praeprimis cum ex illis perceperim, Te inceptum commercium litterarium continuaturum esse. Semen pimpinellae nigrae, quod mihi benigniter transmissifi, seminaui, sed non progerminauit & vti credo, illud vel sterile vel obsoletum esse. Quare soecundius mihi a Te expeto, vt vlterius inquirere possim huius plantae virtutes. Interea quem Tibi amicum selegisti, sauore Tuo inposterum prosequere coeptumque commercium litterarium promouere strenue perge. Sum

TIBI

Vir Amplishme ac Experientisfime

Scribeb. Gerae d. 21. Feb. 1745.

> quam mexime deditus feruus Iohannes Andreas Harnisch.

RESPONSIO.

L. Johanni Andreae Harnifch Medico Gerano.

S. P. D.

L. Ant. Phil. Queitsch Med. Leg. Francof.

Accepi demum Tuas Vir Nobiliffime praeteritis nundinis Francofurtenfibus ad me exaratas litteras. Gratiffimae autem mihi fuerunt, cum conftantem fingularemque Tuum in me favorem & affectum perspexerim. Quare ad illas breui respondebo. Quod pimpinellam attinet nigram, mitto Tibi de illa aliud & quidem maturius semen, vt vlterius seminare possis. Et vt illud citius prodeat & melius vireat, fine Aprilis in locum serendum est a septentrione remotum, & radicibus craffitudine fili linei productis autumno in locum versus septentrionem positum, & quidem in terram nigram & pinguem, quam prae reli-

1000 × 1000

reliquis amat haec planta transplantandae, vbi deinde optime propagantur. Interim vale & me vti strenue facis porro redamare ne cessa. Scribebann Francosurti cis Viadr. d. 9. Mart. 1745.

EPISTOLA VI.

ad D. Ant. Phil. Queitfch Med. Francof.

VIR CELEBERRIME &c.

Diu quod volui imo & debui tandem exfoluo. Caufae autem diuturni mei filentii pene fuerunt occupationes tum domefticae, cum practicae, quibus quafi fum diftractus. Accedit & hoc, quod fauore Tuo tam frequenter abuti neque aequum neque honeftum reputauerim. Attamen nullus dubito, quin nouum hoc meum litterarum alloquium boni fis confulturus. De Pimpinella nigra id tantum refero, quantum hactenus in praxi medica de illa obferuaui. Quippe Effentiam illius in morbo ifto ferme tam odiofo, quam infanabili malo nempe hyfterico vfurpaui, illamque egregiam & falubrem inueni. Et quamuis illud non penitus euellerim, attamen aliquandiu levauerim, vt ad tempus filuerit. Radice exficcata illius iterum deficiente libram vnam expectabo. Vale Fautorum colende meque dignum iudicabis amare perge permanfurus

TUI

Vir celeberrime,

Dabam Gerae d. 10. Febr. 1750.

> fidelissimus seruus, L. Iobannes Andreas Harnisch.

RESPON-

1000 💥 1000

RESPONSIO.

40

L. Johanni Andr. Harnisch Medico Gerano

S. P. D.

D. Ant. Phil. Queitsch Med. Leg. Francof.

Maximopere miror Vir Nobilissime, responsoriarum Tuarum tarditatem, dum anni forsitan quinque iamiam essurerunt, in quibus litteras Tuas gratas diuque exoptatas haud vidi. Et ab eo tempore quo illas videre mihi contigit, non tantum magni aestimaui, sed & litterario commercio Tecum iterum frui, calamum extemplo arripui, vt rescribam. Nam quo rariora eo cariora. De radice pimpinellae nigrae breuiter Tibi fignifico, illam in itineribus meis praxeos medicae ergo in diuerfos tractus institutis praeprimis Freyenwaldae & Fürstenwaldae aliisque vicinis locis, quos nostri rhizotomi non observarunt deprehendisse, vbi copiose & quasi non partitae creuerunt. Quodfi Tibi Vir Nobilifime placeat foeminis rusticis committam, vt aliquot libras illius hoc vere pro Te colligant. Et ficut ipse illam iam inquisiui & spiritu vini infusam in flatibus subsistentibus dissoluendis & dissipandis praesertim autem in spasmis visceralibus, vt colica & malo hypochondriaco optimam & efficacem vidi, ita quoque ad vlteriorem inuestigationem eam colligam. Quod vt valeas, vir Nobilissime vale meque inter Tuos habere perge. Dabam Francofurti cis Viadr. d. 24. Febr. 1750.



CHARTER

d. to. Pebr. b